

SALVS PO-
PVLI SVPREMA
LEX ESTO.
EMBLEMATA
POLITICA
In aula magna Curiæ
Noribergenſis de-
picta.
Quæ ſacra VIRTVTVM
ſuggerunt MONITA
PRVDENTER adminiſtrandi
FORTITERQVE defendendi
Rempublicam.
PRV-
DEN-
TER
FOR-
TI-
TER
Petrus Iselburg. Excudit.
PRÆMIVM ET POENA ANCHORÆ SVNT REIPVB.



NOBILISS. AMPLISS. ET PRVDENTISS. VV.
DD. COSS. ET SENATVI REIP. NVREMBERG.
Emblemata hæc, in aula magna CVRIÆ
depicta DDD. Petr. Iselburg glyptes.
cI). I). c xvII. KL. Ianuar.







Agnifici, Nobilissimi, Amplissimi, Prudentissimi Viri, Domini mei gratiosi, Diodorus Siculus scriptor gravissimus, auctor est, Æthiopes Symbolorum, quæ ἱερογλυφικὰ nuncupamus, inventores omnium primos esse, à quibus deinde Ægyptii Sacerdotes, ut alia multa, transsumserint, & ab his Græci. Hi autem inventioni huic tam præclaræ magnum ornatũ accuratamq; expolitionem adiecerunt, tantâ profectò cum venustate & apparatu, ut posteriores Græcorum cogitationes, priora illa & ferè inculta Ægyptiorum signa, longo intervallo post se relinquant. Scribit autem Clemens Alexandrinus, Ægyptios & Hebræos Symbolis reconditis ideo usos fuisse, ne à rudi & imperita plebe, mysteria & arcana sapientiæ, quæ obscuro quodam verborum involucro veritatem complectebantur, facilè profanarentur, sed ab iis duntaxat intelligerẽtur, qui sacris rebus initiati & ἀμείνονος τοῦ πηλοῦ essent. Eadem ferè est ratio Emblematum, quorum usus etiam est antiquissimus. Antiquitùs enim lapillis quibusdam quadratis & minutè sectis politisq;, in quibus Icones quædam intertextæ essent, ædes Magnatum & Principum Regiæ ut plurimùm exornabantur, ut ex Pausania, Plutarcho, Appuleio, & aliis colligere licet. Istorum Emblematum usum nullibi non hodiè videmus in ædibus paulò splendidioribus cùm publicis tùm privatis, ut nostra hæc ætas non tantùm Antiquitatis æmula jam pridem esse cœperit, sed eandem

lib. 4.

lib. 5. στρωμ.

Em-

Emblematum elegantiâ & varietate longè superasse dicenda sit. En testis est hujus rei locupletissimus Aula Splendidissima & verè Magnifica Curiæ vestræ, Emblematum significantissimorũ varietate ac pulcritudine,

ἠΰτε παντοδαποῖσι κεκασμένος οὐρανὸς ἄστροις,

in parietibus & fornicibus exornata & distincta, quæ picturæ elegantiâ oculos, sententiarum autem suavitate & gravitate animum oblectare & erudire, ad hæc clarissimum testimonium dare possunt Sapientiæ & Prudentiæ vestræ, quæ, sine fuco & ambitione dico,

——— *in Orbe*

Didita & Eoo, didita & Hesperio est.

Quæ Emblemata mihi ita arriserunt, ut quiescere non potuerim, quin ea, Vestro tamen indultu & permissu, æri insculperem, atq; ita publici juris facerem, & cum pluribus communicarem. Dignissima sunt enim ob reconditam sapientiam, quæ non tantùm æri, parietibus & fornicibus, sed etiam cordibus hominum, inprimis eorum, qui ad clavum Reipub. sedent, insculpantur probeq; infigantur. Hæc igitur Emblemata, Magnifici Domini, nervosis lemmatis rotundisq; versiculis tam Latinis quàm Germanicis illustrata & explicata, Vobis humiliter strenæ loco do, dico, addico, quæ ut dignemini fronte serena & benigno animo accipere, & me Clementia & benevolentia Vestra sublevare, humiliter submissè rogo & opto. Sic vos, Domini mei Gratiosi, Vestramq; Rempub. florentissimam, in multas annorum Centurias sospitet & conservet,

ὁ μακάριος καὶ μόνος Δυνάστης, ὁ Βασιλεὺς τῶν Βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων,

DEUS.

Kurtze

Kurtze erklärung nachfolgender Emblematum.

1.

Fortuna volubilis errat.

VOn gfangnen Köngen Sesostris/
Auß hochmut/sich rein führen ließ.
Bald aber/als sich's glück nur wand/
Wurd er blind: fiel auch durch sein hand.
Das glück eim Rad gleich sich verkert/
Vnd ist nichts bstandhaffts auff der Erd.

Diod lib. 2. c. 1.
Plin. lib. 33 c. 3.
Zuing. vol. 2. lib. 7.
Virg. Ecl. 9.
Plaut. in capt. act. 2. sc. 2
Erasm. in Adag.

2.

In pace, quæ belli sunt.

Ein Fuchs auff list gedenckt im Wald/
Wie er künfftig den Sieg erhalt:
Der wild Eber sich rüst zum streit/
Eh d' Hund jhm kommen an die seit.
Zur Frieds-zeit man bedencken soll
Wie man sich im Krieg halten woll.

Pulcrè post all[illegible] os Althus. in sua[illegible] polit. cap. 34. per tot.

3.

Nosce teipsum.

Der stoltz Pfaw an der Sonnen glantz
Vbermütig auffwirfft sein Schwantz:
So bald'r sein Füß anschauen thut/
Lest er solchn fallen für vnmuth.
Wann der Mensch sein schwachheit erkeñt/
Nimbt bey jhm stoltz vnd pracht ein end.

Colum. lib. 9.
Plin. lib. 10. c. 20
Vid. Bernhard. lib. Medit. c. 3.

4.

Stultus amor nostri.

Narcissus/wie schreibt der Poet/
All Jüngling übertreffen thet
Mit schön. Als er sich selbs lieb gwan/
Im Bronn ein schnödes end er nam.
Wer sich selbs liebt vnd achtet sehr/
Wirdt gstürtzt in jammer/noth/vnd gfehr.

Ovid. 3. Metamorph. 8.
Alciat. embl. 68
Maxim. de caritat. cent. 3. cap. 56. videatur etiam Senec. 1. de vitæ tranq. 4.

5.

Humana consilia vana.

Gen. 11. Nimrod ein Thurn erbauen wolt/
Dessn Spitz an Himmel reichen solt.
Aber Gott strafft von obn herab/
Das er mit spott must lassen ab.
Prov. 21. v. pen. Wer für sich selbs ohn Gottes rath
Psalm. 2. v. 4. Was ansehet/dazu seltn glück hat.

6.

Assiduitate & tolerantiâ.

Ælian. 2. cap. 24. Da Milo, noch von Jaren jung/
Ein Kalb zutragn sich vnterfung/
Solchs auch von tag zu tag fort thet/
Biß er ein Ochsen gtragen hett.
Hesiod. in suis ἔργοις. Wer vnverdrossen vnd embsig ist
Erlangt viel Ehr zu aller frist.

7.

Sic orbis iter.

Boët 2. de consol. 3. Die Welt auff einem Krebs hier steht/
Warumb? weil's als hinter sich geht.
Was d' Welt auffs klügste greiffet an/
Wie offt gehet's ein ander ban?
Vid. August. de contemtu Mundi. Wol dem der sich schickt zwar in d' Welt/
Vnd doch strebt nach dem was Gott gfelt.

8.

Festina lentè.

Ein Schiltkrot/obs schon langsam kreucht/
Jedoch so sie sich nicht auffzeucht
Auffm weg/sondern embsig fort schreit/
Vid. fabul. de Aq. & testudine. Kompts auch zum ziel zur rechter zeit.
Wann was nur wol vnd glücklich gschicht/
B. Hieronym. ad Pammach. ex Catone. Hat man's zeitlich gnug außgericht.

9. Du-

9.

Duce Virtute, comite fortuna.

Jasen zum gülden Flüß sich wagt
Auffm Meer zu fahren unverzagt.
Die lieb zur Tugnt bant jhm die Straß/
Das glück drauff folgte gleicher maß.
Wo Ehr vnd Tugent bey eim sein/ Cic. lib. 10. fam. ep. 3.
Da ziecht das glück für sich selbs ein.

10.

Sine Numine frustrâ.

Ob schon Paulus pflantzet mit fleiß/ 1. Cor. 3. v. 6.
Apollo nach vermögn begeust:
Der Baum dannoch vnfruchtbar bleibt/
So nicht der HERR segnet vnd treibt. Gen. 3. v. 17.
Ohn Gottes Segen ist vmb sonst Deut. 8. v. 18.
Allr Menschen müh/arbeit/vnd kunst. Iob. 42. v. 12. Psal 127. v. 2. Prov. 10. v. 22. Eccl. 11. v. 6.

11.

Sic cedere juvat.

Damit nicht beyds der Bock vnd Gaiß Plin. lib. 18.
Jns Wassr fallen/wie klug vnd weiß
Buckt die Gaiß sich das nüber kan
Der Bock/vnd kommen beyd davon?
Einer den andern gerne weich/ Illustr. exempl. ap. Cæs. lib. 5. de bell. Gall.
Damit 's erhalten werden z'gleich.

12.

Minor esca majoris.

Sihe/wie der groß Visch die kleinn Arist. Plin. Oppian. &c.
Geitzig zieht in sein rachn hinnein:
Keins verschont/dessn er mechtig ist/
Sondern ohn vnterscheid all frist.
Der Reich den Armen vnterdruckt/ Iacob. in Epist. c. 2. v. 6.
Sein armuthey raubt/vnd verschluckt.

)(2 13. Vir-

13.

Virtutis invidia comes.

Vide Plutarch. de silẽtib. Pyth. orac. & ad eum locum Hadr. Iun. Volater. lib. 13. cap. 3. Ælian. lib. 12. &c.

Den Edlen Palmen/ so stets grönt/
Sein Herrligkeit die Schlang mißgönt/
Ihn zu verderben sich bemüht.
Doch vergebens. Es glingt jhr nicht.
Tugend hat viel Neider allzeit/
Jedoch können's jhr thun kein leid.

14.

Utroq; clarescere, pulcrum.

Ioh. Bapt. Lenc. obs. polit. 54. Vincent. Castellan. 1. de off. Reg. 19. Warem. ab Ernb. de fœderib. c. 1. n. 115. Latè Panormit de reb. gest. Alfonsi 1. Arag. Reg.

D'erfahrung zwar ein Kriegsmann macht/
Doch soll er haben auch in acht
Was von den Alten ist geschriebn/
Vnd jhm dasselb lassen beliebn.
Eim Kriegs Fürsten/ der studiert hat/
Sein anschlag stets besser fortgaht.

15.

Alit & protegit.

4. Esdr. 1. v. 30. Matth. 23. v. 37

Die Gluckhenne jhr Küchlein klein
Versammlet/ vnd bedecket fein
Mit jhren Fittigen/ damit
Sie einign schaden nemen nit.

Daneus 1. pol. 4. Vasq. illust. qq. 1. cap. 1. & 24.

Ein Christlichr Fürst vnd Obrigkeit
Sein Vnterthanen schützt allzeit.

16.

Spiritus durissima coquit.

Plin. lib. 10. c. 1.

Deß Eisens natur ob es schon
So hart/ das mans kaum bendign kan/
Thut doch solches der strauß vertragn/
Vnd verdeut es in seinem Magn:

Eleganter Lipsius in orat de Calumn.

Ob wol der lästrer wort sehr schneidn/
Kans doch der grecht mit gdult leicht leidn.

17. Hoc

17.

Hoc fœdere tuti.

Ans Himmels thron/nach der Sündflut
Sein Bund der HERR auffrichten thut
Mit Noa/welchr soll ewig sein
Ein Gnadenzeichn der Christlichn gmein.
O wol vnd über wol der Statt/
Die auff Gott jhr vertrauen hat!

Gen. 9. v. 11.
Esa. 45. v. 9.
Eccl. 43. v. 12.
Psal. 32. & 39.
Esa. 30. & 57.
1. Macch. 2.

18.

Ubi onus, ibi sonus.

Das ührlein mit müh zugericht
Wirdt künstlich regiert durch das gwicht
Also/das darob männiglich/
Nicht vnbillig/verwundert sich
Wer was denckwürdigs thut begehn
Dessn Nam vnd Lob bleibn ewig stehn.

De Horologiis vide Panciroll. in Nov. repert. tit. X. & notas Salmuthi ad eumd.
A. Gell. 16. noct. 1.

19.

His nititur orbis.

Gute Gsetz vnd Ordnung sindt gebn/
Das jeder mann darnach soll lebn.
Die Obrigkeit das Schwerdt drumb führt/
Daß sie d' bösen straff/wie sich gbürt.
Mit verstandt das Gesetz vnd Schwerdt
In zaum halten die gantze Erd.

Cic. 1. de Orat.
Rom. 13. v. 4.
Plato 3. de ll.
Arist. 4. pol. 4.
facit l. ita vulneratus 51. ff. ad L. Aq. l. si de reo 70. §. f. ff. de fidejuss.

20.

Lex regit, arma tuentur.

Damit gut Policey vnd Gsetz
Erhalten werden vnverletzt/
Muß man dabey bstandhafft verbleibn/
Was jhm z' wider/mit gwalt abtreibn.
S' Gsetz soll auß Gotts bfehl exequirn
Ein Obrigkeit/vnd defendirn. Oder:
Das Göttlich Gsetz die Obrigkeit
Manutenir durch lieb vnd leid.

Arist. 2. Pol. 8.
Bod. 4. de Rep. 4.
Lips. 4. Pol. 9. n. 13.
Tholos. 10. Pol. 5. n. 17.
Dan. 3. Pol. 4.
Prov. 8. v. 15.
Esa. 33. v. 22. Cas. 3. Pol. 9. in f. dist. q. 1. & seq.

21.

Pro grege.

Plin. 7, cap. 24. Damit d' andern ruhen die Nacht/
Helt hie ein Kranich fleissge wacht.
Mart. Laudens. in tract. de princ. q. 155. Auff daß/so er der Feind wirdt gwahr/
Sich vnd die sein bewaar vor gfahr/
Matth. Seph. 2. de Iurisd. 1. memb. 1. part. 1, n. 5. cum seqq. & n. 14. cum seqq. Ein Fürst/der soll sorgfeltig sein
Frü vnd spat für sein liebe Gmein.

22.

Parcere subjectis.

Plin. 8. c. 18. Ob schon der Löw sonst mächtig sehr/
Dennoch so begert er nicht mehr/
Das klein Hündlein bringen vmbs lebn/
Wann es sich nur ihm thut ergebn.
Heliod. lib. 9. Curt. lib. 8. Cassiod. 3. var. Ep. 43. Der überwundnen/grosse Herrn/
Ghorsam zu schaden nicht begern.

23.

Pro aris, focisq;.

Ein Storch für sein Jungen im Nest/
Streit/vnd ihm keins entziehen lest
Von den Raubvöglen/spart kein müh/
Biß er von dann getrieben sie.
Pulcrè & latè Althus. c. 25. Polit. n. 28. Ein Fürst/ja alle Obrigkeit/
Billich für die sein kriegt vnd streit.

24.

Dulcis concordiæ fructus.

Colum. lib. 10. In einem Stock viel Bienlein klein
Machen den süssen Hönigseim/
In einigkeit bleiben beysamm/
Vnd wirdt keines dem andern gram.
Plut. in apoph. Lacon. Viel Burger so sie friedsam sein/
Mit nutz findt in eim Stättlein klein.

25. Ami-

25.

Anima Consilii silentium.

Ein heimlichn Brieff Alexandr laß/
Vnd weil Hephestion z'gegn was/
Truckt er jhm auff den Mund ein ring/
Andeutent er solt gschweign der ding.
Heimlicher sachn verschwiegenheit
Viel nutz hat gschaffet jederzeit.

Plut. in ejus vita.

Polyb. lib. 9.

26.

Ne corrumpare.

Fabritius wirdt hochgeacht/
Weil er all gschenck vnd gab veracht/
Vnd jedermann gehalten gleich
Es sey gewest arm oder reich.
Ein weiser Mann nach Gelt nicht tracht
Sondern allein der Tugent acht/

Plin. lib. 6. de vir. illustr. Val. Max. lib. 4. c. 3. A. Gell. 1. noct. 14. & 4. c. 8. &c. Vide post alios illustre Ferandi Gonzagæ exemp. ap. Majoragium in oratione secunda.

27.

Adfectus comprime.

Jnn einer Zang ein hertz hier gmalt/
Zeiget vns an/wie gleicher gstalt/
Ein vernünfftiger Mensche soll
Sein eigen begierdt dempffen wol.
Der sich selbs überwinden kan/
Jst der sterckst vnd glückseligst Mann.

Cic. in orat. pro Marc.

28.

Manet altera reo.

König Alexandr im brauch hett/
Wann einer bey jhm klagen thet/
Das er zuhielt das eine Ohr/
Vnd behielt's dem beklagten vor.
Mit vrtheil fellen niemand eil/
Biß abgehört sindt beede theil.

Oder:

Eines Manns red ist ein halb red/
Mann soll die part verhören beed.

Plut. in ejus vita.

Phocylid.

29. Pro

29.

Pro meritis.

Eim jeden hie gegeben wirdt
Was ihm von rechts wegen gebürt/
Dem/der sich wol ghaltn/man gschenck bringt/
Der/so böß gstifft/sein straff empfengt.
Bras. lib 5. c. 8. ex Platone. Plut. in Lac. Ein solches Regiment floriert/
Wo Tugent blohnt: verbrechn strafft wirdt.

30.

Sine respectu.

Dio & Plin. referente Amplis. Camerario 1. Medit. hist c 76. Ambros. 2. de off.

Trajanus seim Hoffmeister reicht/
Ein bloß Schwerdt/vnd darnebn anzeigt:
Er solte solches recht gebrauchn/
Wider jhn/wann er thätte strauchn.
Richter/ohn ansehn der person/
Richte das rechte Recht ohn lohn.

31.

Æquabiliter.

Wie die Wag steht vnd auff kein seitn
Hangt/also muß zu allen zeitn
c. Summoperè 70. 11. q. 3. Es bstellt sein/wans recht soll zugehn/
Muß man eim wie dem andern beystehn.
Schönb. 6. Polit. 10. Lang wehrt ein Regiment da z'gleich/
Der arm beschützt wirdt/wie der reich.

32.

Rigorem clementia temperet.

Die Oelzweig sich winden vmbs Schwerdt.
Was bedeuts? das man nicht zu härt
Vnd zu scharpff procediren soll/
Sondern der gnad auch gdencken wol.
l. Perspiciēdum 11. ff. de pœn. l. f. præses 2. l. interpretatione 42. eod. Den glinden Weg so viel sein kan/
Allzeit ein Richter solle gan.
c. disciplina 9. c. sunt namq; & c. vera 15. cum c. licet 6. dist. 45.

F I N I S.



Qui minor est armis, victori serviet: at TV,
Rex victor, jungis nos reges instar equorum
Essedo: Age, humanæ memor esto condicionis.
OMNIA Sors rotat: ima effert: premit usq; superiora.





Adparat ad bellum se, pugnaturus in hostem,
Turbæ Actæoniæ dente tremendus aper,
Siluis dum tutus latet. Induperator in alta
Pace, ut de bello cogitet, admoneo.





Ales, Iuno, tuus gemmantes explicat alas,
Conspectis vero, dejicit has, pedibꝯ.
Dotibus ingenij fisus sic tollit in altum
Cristas: at meditans, deprimit has, homo, humum.





Perdit pol multos insana philautia, menteis
Exoculans hominum sapientum: nempe poetæ
Narcissum produnt cæci sui amore periisse





Turrim, quæ cœlum, sive inter nubila condat,
Exstruat effrenis Babylonem natio: verùm,
Consilium contra DOMINI, qui temperat Orbem,
Nil humana valet quidquam, nil machina pellet.





E [illegible] edictum tenerum, la[illegible]
Imbecilus: Hinc taurum ferre [illegible]
Fortis athleta humeros [illegible]
Paruo assuesce prius [illegible]





Miraris Cancri dorso Consistere mundum?
Desine. Retrogrado mundana negocia Cursu
Progredi amant; neq; habent benè, quæ [illegible] vobis
Semper eunt. Quodcunq; feret, FER, dic Voluntas.





Hem! nimium properè properas, Marcelle: sed audi
Ad portam ut venias vesperè, manè abeas,
Lentè festinus pergas feliciter. Omen
Hoc esto: factum sat citò, si benè sat.





Macte animi virtute; Heros ô inclute Iason,
Educas Aegô propitijs animis:
Ibis in adversam classem, tumidasq; procellas.
VIRTVTI Cælum, Pontus et Aura favent.





Necquidquam, ſcie Paule, rigas; plantas, bone Apollo:
Viuificum Genitor nî mittat ab æthere rorem.


Georg. Remus. D.





Dux gregis ut sospes pontem pertranseat, ecce,
Submittit humeros capra commodum suos:
Sedulus ut patriæ procures commoda caræ,
De iure concedas tuo, quantum potes.





Qua spe pisciculum poterit superesse minutum,
Dic, toto si sic vivitur OCEANO?
Si sic in regno, totâ et grassentur in urbe
Harpyiae, civis pauper ubi maneat!





Palma virens alti, ea, stat recta cacumine montis,
Cuius radices admordet frigidus anguis.
Tam celso stat nulla loco unquam florida virtus,
Dente Theonino quam livida non petat ATE.






Togatus et Sagatus in Republica
Si quis celebri stet loco, næ magnus est





Pullos alitq; protegitq; gallina :
Nutrit, tuetur, auget, ornat, et mactat
Civeis bonus Princeps beatitate omni .






Ferro secantur cuncta : ferro [illegible]
Turresq; disturbantur : at ferrum calor
Emollit, ac subigit. docebo, si placet :
STRVTHIO-Camelus, ecce, ferrum concoquit.




Fœderis æterni designans ritè, Potestas
Dia dedit nobis IRIDA, mnemosynon:
HOC TVTI signo, mundi confidite turbis
Mentes turbatæ: NVLLA PERICLA NOCENT





Ad legem rotulas vagulas dum pondera motant,
In parteis sonitu tempus secat horologeion:
Herculeo victus animos operosa labore
Exercet, facta et clangore renunciat orbi.





Hæc universi quanta quanta machina est,
Quot nationes, sceptra, et urbes conditæ,
His eruditis est opus claris. opus
Gladijs. Bases sunt hæc duo plusquam aureæ





Præscribit, en, Lex universis civibus
Facienda: quæ fugienda sint strictè vetal
Vt illa fiant, ista caveantur probè;
Legem tuetur ferreâ princeps manu.





Pro grege pennigerûm vigilat monitore lapillo
Agminis innumeri dux, Palamedis avis;
Pro grege terrigenûm quos fas defendere ferro,
Hac monente suas Rex agit excubias.





Desinit in victos bilis generosa leonum
Desævire canes; se modo subijciant
Majestas Regum, virtusq; augusta Dynastûm
Expromtè novit parcere supplicibus.



Pro nido et pullis rostrata Ciconia pugnat;
Pro Ciuitate et Vrbe dimicat Rex bonus :





Innumerus sit apum numerus: benè convenit alveo
Mellaq. certatim dulcia conficiunt
Et licet innumeros habeat Respublica civeis
Aurea pax omneis, crede, labore beat



Consilium lateat. Digito compesce labellum;
Obsignes quin os, moneo, linguamq Sigillo:
Consilium eventus tacitum Comitatur amicus:
Tutum adeò et pulcrum praestare silentia rebus





Auferte, tollite ocyus splendens lutum,
Fabritius inquit: Haut olus nummis bona est
Viro. Cave, corrumpat aureum animum cave.
Virtute nil preciosius: virtus juuat.





REGINA RATIO recta Regibus imperat,
Et dictat adfectus coercere improbos.
Pareto rationi; catenis, vinculis
Cohibe πάθη, tibi ut secundæ res eant.




Manet altera
Reo.
Actori una datur merito, datur altera iustè
Auricula fugienti reo.
Adversae etenim si sufficit: ipsa erit, eheu!
Nocens vel INNOCENTI.






Publicis largitur Iudex tibi castus Honores,
O Bone, pro meritis, munere, donat opes:
Improbe, decernit scuticam tibi, flagra, securim.
Te addicit scalis deniq; Gemonijs.

Sine respectu.



Optume, rex, TRAIANE, tua hæc fuit: accipe ferrum,
In me quod stringas, si malè cautus agam.
Pro me, si iubeam recta, et quæ iusta videntur;
TRAIANOS hodiè quod dabit imperium?





Quæ regitur æquilibrio
Politeia, regnum ciuitas,
Visa Sapientibus optima,
Quod, PACE, perbelle capis.



Bilem Catonis Cæsaris benignior
Vbi in Senatu attemperat sententia,
Iustum salubre æquũq; fit moderamine:
Hoc ferrum, olivæ et ramus affabrè notant.

G.R.Ic.